



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

XIV. Markgraf Ludwig versetzt denen von Kröchen das Schloß Friedrichsdorf mit Hebungen in Kyritz, Pritzwalk, in Drewen und in mehreren andern Dörfern, im J. 1339.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

XIV. Markgraf Ludwig versetzt denen von Kröchern das Schloß Friedrichsdorf mit Hebungen in Kyritz, Prizwalk, in Drewen und in mehreren andern Dörfern, im J. 1339.

Anno domini M^o CCC^o tricesimo nono, in die sancti mathie apostoli. Nouerint etc., Quod nos Ludovicus etc., in subleuamen et restaurum debitorum, in quibus strenuis viris henrico militi et jordano, fratribus, dictis de krochern, et ipsorum veris et legitimis heredibus, fidelibus nostris dilectis, ex debito contractu tenemur & obligamur, obligauimus et presentibus obligamus castrum nostrum dictum friderichsdorf cum vniuersis suis pertinenciis ex debito sibi pertinentibus et singulariter cum villis bantikowe, stolpe, telechowe, herzesprunk et Lutzeke dosse et earum deriuacionibus et obuencionibus, pro tribus millibus marcarum argenti brandenburg. & ponderis vsque ad solucionis nostre beneplacitum quiete & pacifice possidemus. Deputamus etiam et assignamus ipsis ad ipsum castrum tenendum ducenta frusta denariorum brandeburgensium annue pensionis in ciuitatibus nostris, videlicet kiritz quinquaginta marcas argenti brandenburg, totidem in Prizwalk et in precaria villarum drewen Nuwenbrantin, Danenwolde, quantum ex ipsis secundum computum legitimum debite poterit deriuari, Volentes ipsis defectum, si quis in dictis locis euenerit, in aliis locis supplere, dum per ipsos requisiti fuerimus oportune, referuantes nobis, heredibus & successoribus nostris, id ipsum castrum cum omnibus pertinenciis et redditibus prenotatis redimendi dum voluerimus vel voluerint pro memoratis tribus millibus marcarum argenti, prout premititur, quarum medietatem ponderato argento seu parata pecunia, reliquam vero partem cum pennis (bonis), sicuti decens et conueniens fuerit, secundum proborum et communem estimationem soluere debebimus, sine ipsorum heredumque suorum contradictione, qualibet, plenariam & omnimodam facultatem. Debebit etiam castrum prenotatum nobis, heredibus, successoribus et officiais nostris contra quemlibet hominem et quamcunque personam ecclesiasticam uel mundanam, pro omnibus necessitatibus nostris quomodocunque euenientibus, ambiguitate qualibet refecata, parere pariter et patere. Reuocamus etiam omnia placita cum ipsis, dictorum debitorum occasione, per nos et nostrum nomine habita et attemptata, litteras super hiis datas & confectas, quas ex ipsorum consensu et bona voluntate viribus destituimus et nullius esse volumus in antea roboris vel momenti. Edificia vero ad quantitatem centum marcarum argenti brandenburg. se extendencia in ipso castro per ipsos fingenda, secundum ydoneorum taxationem, solucionis nostre tempore sine diminucione qualibet volumus integraliter restaurare. In cuius etc. Testes buch, Ryschow, hufener cum ceteris.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Havelberg, Bl. 12 u. 13. Nr. XXVIII.

XV. Des Markgrafen Ludwig Schuldbrief an seine Beamten zu Kyritz, Kunekin und Nicolaus von Quitzow, v. J. 1340.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus etc., audita computatione strenuorum virorum, kunekini & nycolai, officiatorum nostrorum in kyritz, vltra omnia percepta & distributa, quocunque nomine nominata, secundum ipsorum computationem ipsis CC & LXIII libris denariorum brandenburg. obligati remanemus et presentibus remanemus. In cuius testes swarzburg, buch, Ryschach, hele, Datum spandow, actum bozenburg, sabbato ante iudica.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Havelberg Bl. 14 a. Nr. XXXIII.

Num. Die Urkunde hat in dem Copialbuche die Ueberschrift: Super computatione Quitzowe.